

Quo factus sanguis, liquor est vitale lavacrum.
Nam quia peccantes medicina semper egemus,
Hanc pro peccatis medicinam semper habemus.
Hæc datur ad vitam, sed si reus hunc verearis,

A Qui Patris ad dexteram sedet et mactatur in aris.
Ecce vides in lege typos et signa perissa,
Ad propriumque caput tria sacramenta redisse.

IN LIBRUM SEQUENTEM BREVE MONITUM.

Hunc librum De sacra eucharistia e manuscripto Colb. 6327 erutum, vere Hildebertinum esse suadent allegorie, phrasæ et dictiones Hildeberto familiares, et intermixti etiam versus integri indubitanter Hildebertini: v. g. In Natale sacro, etc., qui in omnibus manuscriptis illi tribuuntur; et Panis in altari, etc., qui sunt eorum primi, qui in editione Parisiensi an. 2548 immediate subjiuntur poemati ejus De sacrificio missæ. Nec mirandum quod Hildebertus bis, vel etiam pluries de sacra eucharistia metricè tractaverit, cum id diversis forte temporibus præstiterit, nec sit inusitatum ut idem auctor pro variâ opportunitate, vel occasione de eodem argumento sæpius egerit.

VEN. HILDEBERTI LIBER DE SACRA EUCHARISTIA.

(E ms. Colbertino, num. 6327. Nondum editus. Omnia summaria sunt in ms. minio picta.)

§ UNICUS. *Cur panis et vinum in sacramento corporis et sanguinis Domini offeratur, et cur aqua admisceatur.*

Si Deus elegit tria quæ sibi sacrificentur,
Nolo tamen quod sacra Dei diversa potentur;
Unus enim Deus est, unum quod sacrificatur,
Quamvis diversum pro temporibus videatur.
Nulla docet ratio, cum vere sit Deus unus,
Quod cupiat varium, vel commutabile munus;
Ipse voluntatem non permutans aliquando,
Consultuit nobis, solum ritum variando;
Solus enim ritus, res vero non variatur;
His etenim rebus, Domino quibus ante litatur
Agnum primus Abel, vitulum lex sacrificavit,
Gratia, quæ superat, panem vinumque litavit.
Hæc tria sola Deo creduntur grata fuisse;
Qui coluere Deum, dicuntur in his coluisse.
Ante datam legem præcessit lex rationis,
Tertia lex venit perfectæ religionis,

1152 Ergo duæ leges, quæ nostram prævenie-

[bant,

Quod sit in Ecclesia præsignificando docebant.

Illa prior creditur sacros patres habuisse,

Hæc circumcisos in carne Deo placuisse:

Illa sacramentum, quod Christus verius egit,

Altaris nostri sub eisdem patribus egit.

Hoc sub Abel, sub Melchisedech, sub Abram vi-

[guisse

Fertur, eosque novi sacri speciem tenuisse;

Quorum Melchisedech, quamvis non esse legatur

Progenies, tamen his non inferior numeratur.

Lex in qua Domino caro circumcisa placebat,

(38) Pro duodecim.

B Pontifices unctos unius stirpis habebat.
Unctio talis erat, quæ Christum significaret,
Qui verus sacrificex mundi peccata piaret,
Sed tribus illa Levi, quia pontifices tribuebat,
Sola sacerdotum jus officiumque gerebat;
Et pro peccatis, et victima pacificorum
Non nisi de manibus acceptabatur eorum.
Nullus in his arcem capiebat pontificatus,
Ni foret ex Aaron generis a stirpe creatus.
Hic semel et solus intrabat Sacra sacrorum:
Intrans hircorum cum sanguine, vel vitulorum;
Ipse duos (38) lapides humeris hinc inde gerebat,
Nomina scripta patrum quibus insignita ferebat⁴⁰:
Ergo tribus omnes humero gestabat utroque,
Sacrificans, oransque Deum pro se populoque.

C Hæc dixi breviter veteri de more litandi,
Ut de more novo major sit copia fandi.
Prævidit Dominus prius orbem quam fabricaret,
Quomodo peccatum primi patris evacuaret.
Non peccarat Adam, Dominus præviderat ante
Quod sit holocausto redimendus quo velit ante;
Sed Domino placuit posthac monstrare figuris
Posset ut esse fides magis indubitata futuris.
Agnum primus Abel mactavit filius Adæ,
Agnus et ipse Dei, Peccatum diluit Adæ:
Idem quippe Deus, et præsul, et hostia factus
Prævaricantis Adæ, nostros quoque diluit actus.
Agnus Abel, Christum Patris agnum significavit;
Frater eum, sic et Dominum Judæa necavit,
Ergo videre potes quod Abel, agni que figura,
Venturi Christi signabant sacra futura.

D Melchisedech legitur panem vinumque dedisse,

⁴⁰ Exod. xxviii.

usquam legitur lympham simul apposuisse. id Melchisedech partem de parte recidit, : sacra Deo posthac tria munera vidit? figura novi, si tunc ea sacra fuerunt, simul offerimus cur lympham non habuerunt? ninus Jesus, qui mundi crimina lavit, :rucem panem cum vino sacrificavit; :usquam legitur quod aquam simul ipse bibisset, :od discipulis aliud quam vina dedisset. :uid est illud quod aquam vino sociamus, :um, nec aquam per se, sed utrumque sa-

[cramus?

o Melchisedech, nec aquam præsignificasse, :us in cœna scribatur eam statuisset. :as quid aqua, quid vino significetur, :io lucebit, quæ nunc obscura videtur. :iud Patri quam Filius ipse litatur :em nostra Deo natura reconciliatur; :enim qui nunc super aram sanctificatur, :ris esse sui *substantia* non dubitatur. :idem corpus, quod nos de Virgine natum, :ne super cœlos jam credimus esse levatum: :um calicis, quod sanctificatur in ara, :uor effusus pro nobis in crucis ara: :enim panem corpus quod sumpserat esse, :icem potum fundendi sanguinis esse. :ecemus aquam, quæ labitur et fluit: illa : Significatur homo, res labilis atque favilla, :uo capiti reliquum corpus sociatur, :nea cum Christo *substantia* sanctificatur; :natus enim noster verus mediator, :am nostram velut ejus conciliator. :ungis aquam, Christo nos dissociasti; :am demas, nihil est quod sacrificasti. :r Melchisedech panem tribuendo, merumque, :misit aquam, nec præformavit utrumque? :us erat quo nec Christus de Virgine natus, :ecator homo fuerat per eum reparatus, :ne uniri cum Christo merueramus, : peccato primi patris excideramus: :ec Melchisedech, et quotquot sacrificarunt, : peccato primi patris expoliarunt. :gitur potuit nos Christo consociare : constabat ei non posse reconciliare. :stabatur verissimus ille litator, :atus antiquum jus perderet exspoliator, :irabiliter mortales morte redemit, :tus juste, quod habebat iniquus, ademit. :an hunc ipsum miraris sanctificasse : cum vino, nec aquam vino sociasse, :vis inciperent in eadem traditione : nos perpetua servamus religione. :rtim cum jam lex esset, et umbra remota, :beunte nova, cadret vetus hostia tota; :deus esset homo, qui nos homines redimebat, :od Melchisedech prævenerat, instituebat.

Hos versus omnes omnino ms. tribuunt Hildeberto, et hic inveniuntur in hoc ms.

A Sed videas quam dispositissimus ordo geratur, Quomodo quæque suo sub tempore distribuantur: Scimus enim quia nox in qua Deus hæc statuebat, Lucem qua fuerat passurus præveniebat.

Ergo mortalis, passibilis et morituræ, Hæc sacra constituit, mox hostia vera futurus. Et tu credis, homo, quod non redimi potuisti, Nec reparandus eras, nisi fuso sanguine Christi. Sed nec sanguis erat fusus, nec tu reparatus, Propter id in cœna non es Christo sociatus. Sic Deus in cœna panem vinumque sacravit, Sed quæ te designat aquam non associavit, Nam consummari prius omnia conveniebat, Quæ de morte crucis lex atque propheta canebat.

B Principe peccati mirando jure subacto, Nos quibus antiquum raptorem despoliavit, Sicut jure suos Christus sibi consociavit. Quod nec Abel, nec Melchisedech, nec victima legis fecerat, hoc fecit nostri victoria regia.

Idem quippe Deus et præsul et hostia factus, Prævaricantis Adæ dissolvit et expiat actus. Crux altare fuit ubi Christus sacrificatur; Sanguis et unda fluunt, homo Christo consociatur. Hic et chirographum nostræ necis evacuatur⁴¹, Perfidus occumbit, genus humanum reparatur.

Sic ubi providit nostræ Deus ipse saluti, Nos a peccati miseranda lege soluti, Ejus præceptum simul exemplumque secuti, Hujus holocausti serie decrevimus uti;

C Nam quoties panem vinumque sacramus in ara, Admiscemus aquam quam miscuit in crucis ara. Sicque quod in cœna, quod et in cruce sanctificavit, Ne disjungat homo sibi quod Deus associavit. Ergo, fidelis homo, panem quem sanctificatum Sumis, crede Deum pro nobis sacrificatum. Ipse Deo Patri cum sit semel hostia factus, Quotidie nostros, dum sumitur, expiat actus; Semper apud Patrem si noster promediator Nosque repræsentat verissimus auxiliator.

¶ 155 Pastor oves portat, ut eas ad ovile reponat. Hic interpellat Patrem, qui cum Patre donat. Hoc igitur sacrum gaudentes accipiamus, Ut Deus, in nobis, et nos in eo maneamus: Namque quod in terris quasi quoddam pignus ha-

[bemus

D Ipsius in regno perfectius accipiamus.

Cur tres missæ celebrentur in Natale Domini.

(39) In Natale sacrosanctæ solemnia missæ Quid signent, aut cur tres celebrentur, habe. Nocte prior sub luce sequens in luce superna Sub Noe, subque David, sub cruce sacra notant. Sub Noe, sub David, sub Christo sacra fuere; Nox, aurora, dies, umbra, figura Deus.

Incipit prologus operis sequentis.

Quisquis nostri Redemptoris vestris imagine,

Et divinæ sacramentis delectaris paginæ,
 Nostram lege codicellum, in quo scripsi breviter
 Quid de Christi sit tenendum corpore salubriter.
 Hæc scriptura cum sit cunctis valde necessaria,
 Illis magis est tenenda qui colunt altaria.
 His ut discant, nec ignorent quid debetur homini
 Qui cum Juda male rodit sacramenta Domini.
 Ergo cibum atque potum æternæ dulcedinis
 Degustet interioris intellectus hominis,
 Ut palatum bonæ mentis in legendo sapiat
 Quantum esca salutaris ad vitam proficiat.

§ 1. *Quod vera eademque caro quæ nunc in altari
 consecratur, est illa quæ de Virgine nata, et in
 cruce creditur passa.*

[(40) Panis in altari verbi virtute sacratus,
 Fit divina caro nostri medicina reatus.]
 Fit caro non alia quam Christi nos redimentis
 Plena sacramento, cibus et vegetatio mentis.
 Hæc caro quotidie, quamvis caro non videatur,
 Panis habens speciem, pro mundo sacrificatur.
 Hæret rerum natura, stupet ordo sacratum
 De modico panis quondam de Virgine natum :
 Horret quod Verbum caro factum sit caro rursus ;
 Quod naturalem mutat res concita cursum,
 Et tamen est eadem caro tunc de Virgine nata,
 Et caro nunc verbo vitæ de pane sacrata.
 Propter nos homines dignatus tunc homo nasci ;
 Nunc pius ille suo nos optat corpore pasci.
 Est effectus homo eos ut lapsos relevaret ;
 Est ideo vitæ panis datus, ut satiaret.
 Quid datus a cælo vitæ panis valuisset,
 Si redimendus homo patiendo fame perisset ?
 Non igitur nasci salis est de corpore Christum,
 Si suus esuriens homo non incorporaret istum.

§ 2. *Quod mundo fame Verbi periclitanti Christus
 panis angelorum innotuit.*

Verbi dira fames homines aliquando premebat,
 Esuriens nec homo quid manducaret habebat ;
 Angelicus panis de cælis ad ima,
 Cum jamjam mundum succideret ultima lima,
 Qui carnis nostræ palea sua numina velans,
 Innotuit mundo, Deitatis signa revelans.
 Noluit ergo suum pius actor plasma perire,
 1156 Descendens ut homo sua posset ad astra
 [redire.

Totus corruerat homo, totus erat labefactus ;
 Occurrit Dominus pereunti victima factus,
 Victima sed sancta, sed viva, sed immaculata ;
 Victima quæ maculas fugat ex se sanctificata ;
 Victima qua major offerri nulla valebat,
 Quæque satisfacere pro nobis sufficiebat.

§ III. *Quod non alius præter Christum pro peccato
 Adæ satisfacere poterat ; et cum secundum divini-
 tatem immortalis esset, semper [i. semel] secun-
 dum humanitatis naturam sponte pro nobis mor-
 tuus est.*

Hostia nulla valeas, aut sufficiens satis esset

A Quæ deleret Adæ culpam, si Christus abesset ;
 Nam debebat Adam, nec Adam tam pauper habebat
 Unde satisfaceret, quem culpa gravis prohibebat.
 Ipse Deus potuit, nec debuit, ergo necesse
 Est ut homo Deus hoc faciat, sine quo nequit esse.
 Hinc quia cuncta potest Deus, hinc et homo quia
 [debet,

Materiam tali facto res utraque præbet ;
 Fit de naturis eadem persona duabus,
 Corporibus nostris medens, nec non animabus ;
 Nec Deus hic vel homo duo sunt, unus quis
 [Christus,

Alter in alterius natura non male mistus,
 Qui cum natura foret immortalis utraque,
 Majestate sua servata justitiaque,

B Sponte crucem subiit, nisi vellet non moriturus
 Sorte sua vitam nobis sine fine daturus,
 Quodque Deus verus non debuit ex Deitate,
 Hicque beatus homo pro justitiæ veritate
 Sustinuit tandem fieri divina voluntas,
 Quæ res perpetuo disponit numine cunctas.
 Creditur in ligno Christus crucis hostia viva,
 Per quem mortalis fieret substantia diva ;
 Hostia qua felix, qua mundus et æthra replentur,
 De qua qui comedunt, æternum non morientur.
 Hic verus cibus est, hæc vera refectio panis,
 Quem qui non novit, fiet spes ejus inanis.
 Hæc est vera caro veri qua pascimur Agni,
 Per quem sulphurei tepuit violentia stagni,

§ IV. *Quod agnus immolatus in lege assus, et a po-
 pulo Israelitico comestus, Christi typum gessit ; suc-
 cedente vero gratia, et vero sacrificio apparente,
 legales cessaverunt cæremonia.*

C Jam non per Moysen agnus populo datur assus,
 Agnus Christus adest pro nobis in cruce passus,
 Hujus venturi prior exstitit ille figura ;
 Umbra recessit, adest lux, fit Deus hostia pura :
 Hostia solempis Christus modo sacrificatur,
 More tamen huic passo semel ultra non dominatur.
 Gratia successit, disparuit illa vetus lex,
 Et mundo nova lex, nova lux, novus enituit rex.
 Nil modo placat ovis, nil agit sanguis vitulorum,
 Nil holocausta boum, periit vetus ordo sacrorum.
 Jamjam desistit pecudes mactare minister,
 Ex quo mactandus venit pius ipse magister :
 Ergo legem lex, agnum Deus agnus abegit,

D Quodque figurabat vetus, hoc novus ipse peregit,
 Quem velut igne sacro dum passio coxit amara,
 1157 Hostia viva Patri crucis est oblatus in ara.
 Hujus utrumque domus signamus sanguine postem,
 Et procul a nostris arcemus finibus hostem,
 Dum labiis et corde crucis sacra commemoramus,
 Corpus et ipsius cum sanguine participamus.

§ V. *Quod integer, licet diversis locis, immoletur,
 agnus perseverat, totusque in escam sumitur a po-
 pulo fidelium.*

Qui quamvis totum per mundum sacrificetur,

er in regno manet, unus semper habetur;
m distribui per particulas videatur,
tur hic totus, cælo totus veneratur.

,solumque replens manet unus semper ubique,
quam deficiens cibus omnis et omnia cuique;
i nempe cibus cibus olim significavit,
Deus Israelem deserta per avia pavit.

a fuit populis cibus omnibus omnis in ore ⁴²,
ariis animis vario existente sapore;
so qui modicum tanquam qui plus capiebat,
turabatur, quia cunctis sufficiebat.

rium magnum sub tempore tandem
it, causamque parit res mystica grandem.
a quidem Dominus de Virgine matre creatur,
i in altari corpus de pane sacratur.

nam dissimiles sunt hic cibus, et cibus ille!
cibus hic Deus est, cibus alter ut umbra favillæ.
ibus perit, et edentes hunc perire,
ancem vitæ Christum non esuriere.

is sacer, et fidei laudabile munus!
bus omnis adest, et sufficit omnibus unus.

*Quod caro Christi non in merito consecrantis,
in verbo Creatoris, et quod non a bono majus,
a malo minus percipitur.*

us hunc panem sitit, esurit, hoc recreatur,
um vivit, adhuc peregrinus homo vegetatur.

felix panis! caro felix! hostia dives!
ris homines, qui pascit in æthera cives;
upit hinc majus bonus; aut minus hinc homo

[nequam,

us namque sui partem facit omnibus æquam;
vale sumentem trahit ad mortem sua noxa,
item digno sublimat in æthere doxa (41).

nie dum presbyteri benedicunt ore,
ilet in parvo minus, aut magis in potiore.

et immundus, qui sacræ præsidet aræ,
tamen nulla valet hoc sacrum maculare,

si virtus est, licet impar vita sacrantis,
reat illud opus homo, sed vis cuncta creantis.

*Quod sacerdos dum ad altare stat, Christi si-
ludinem gerat, Christumque offerat; ipse quoque
istus vivus et crucifixus dicatur.*

ens aræ pro sacris presbyter orat,
i cœleste Deus hic implet, gratia rorat,

oluit a superis divina potentia totum
uid presbyteri sacrat admirabile votum.

i Nil aliud *sacrifex* est quam Christi simula-
erum,

ractat corpus Christi cum sanguine sacrum,
ue suos oculos in cœlum, cordaque figit,

flendo manus et brachia se crucifigit,
n quæ fuerit mors Christi flendo retractat,

sæ carnis Domino velut in cruce mactat.
ristum Christus offert homo victima factus,

i crucem patitur, dum commemorat crucis
[actus,

Id est, gloria.

A Qui rite Christus, quoniam crucifixus et unctus,
Per fidei [*f. fidem*] membrum cum Christi corpore
[junctus.

§ VIII. *Quod solus Omnipotens sanctificator et admi-
nistrato sit sacrificii, presbyter vero tantum mi-
nister, quodque eodem verbo caro sit in altari, quo
creata est in utero virginali.*

Non alius celebrat, quamvis alius videatur,
Mysterium sacrum Verbum Deus hoc operatur,
Verbum namque caro factum sacra verba ministrat,
Et per *sacrificem* verbum de pane magistrat.

Hic opus, hic opifex Deus est; sacrat atque sacratur,
Fitque creatura per quem res cuncta creatur;

Nam res cui panis per idem substantia maneat,
In Christi carnem Deitatis munere transit.

Nescit homo, nescit, stupet angelus hoc ita factum,

B Arcanique sacri pavet inscrutabile pactum:

Nescit quo modulo, quo virtutis documento

Rex elementa creans prodit Deus ex elemento;

Sed dextræ Excelsi talis mutatio cedit,

Quo viget omne quod est, cui mundus et æther obedit.

§ IX. *Quod cœlestium figulus vasorum potens est mo-
dicam panis portionem in melius, hoc est, in carnis
sux gloriâ demulare, qui humanitatis nostræ
testam assumptam, igne passionis suæ decoctam, de
morte potuit ad vitam reformare.*

Possibile est illi qui novit cuncta creare,

Ex alio rursus aliud quoddam revocare;

Molle lutum figulus cum vult et quæ modo tornat,

Et nova vasa creans ea scalpit et aptius ornat.

Paret opus Domino cui præeminet illa potestas,

Ut reparare queat quas vult dissolvere testas.

C Illius ergo Dei virtus quæ Patris manifesta

Ad nos descendit, quem lexit carnes testa.

Arult hæc testa crucis in clibano bene cocta,

Arte sui figuli de morte resurgere docta;

Sed sane cocta est quam non aqua varia mollit,

Quæ mundi maculas, et nostra superflua tollit.

Dura nimis testa, quæ tartara fortia fregit,

Et redimens hominem cruce, mortem morte subegit.

Manat ab hac testa summæ bonitatis olivum,

Quod fugat in lavacro baptismatis omne nocivum.

Testa quidem felix, quæ vitæ fonte repleta,

Corpora nostra fovet, animas quoque pace quieta;

Hæc simul in testa divina lucerna resplendet,

Unde sacræ mensæ dapibus benedictio pendet.

Et quia nostra fides rem censet prorsus inanem

D In sacra cœna sine vino sumere panem,

A Domino vinum percepto pane petamus,

Quidque sacramenti sit in illo perspiciamus.

Nil comedisse prius prodest, si quando sitimus,

1159 Nulla parte sitim nostram compescere qui-

[mus:

Sunt desiderii post escas pocula magni,

Præsertim carnes assas, quia sumpsimus Agni,

Assa caro nobis facit ora magis sitibunda,

Quam teneræ carnes quas mollis decoquit unda :
Ergo, favente Deo, mentis de fonte propino
Quidquid mysterii de sacro sentio vino.

§ X. *Quod idcirco vinum cum pane in sacrificio offeritur, quia nec caro sine sanguine, nec sanguis sine carne recte communicatur.*

Fertur ad altare vinum, cum pane litatur,
Munus utrumque Deo, cum pascha novum celebratur,
Gaudet utroque Deus, laudans acceptat utrumque,
Per quod mortalem Christum liquet esse Deumque:
Esse Deum, quia se Christus sub utroque reformat;
Mortalem, quoniam mortem crucis inde reformat.
Illa duo de se tellus et vinea profert,
Presbyterique manu genitori Filius offert;
Quod est Melchisedech fuit olim significatum,
Libantem Domino panem vinumque sacram.
Hujus in historiis pariter reperire nequimus,
Cujus nec patrem, nec avorum nomina noimus.
Quis signatur eo nisi Christus homo sine patre
Natus ab æterno de Patre Deo sine matre ?
Hunc ego pontificem summum ⁴² probo jure Deum-

[que (42),

Qui penetrat cœlos, et donat ab æthere legem.
Panis confirmans hic est et vitis abundans,
Lætificans animas, et eas a crimine mundans.
Hunc panem vitamque sacrans flos virginittatis
Edidit huic mundo fructu plenus Deitatis [f. fructum
[plenum Deitatis.]

Hoc de pane caro, de vite sacer cruor exit,
Quæ male ne videant homines, sapientia textit,
Arcanum cœli Dominus pro tempore celat,
Et poscente fide, cui vult, et quando, revelat.

§ XI. *Profunda sacramentorum cœlestium Dominus ideo occultari voluit, ut et perfidis celarentur, et fidelibus fidei meritum cresceret.*

Nostri [f. ex] non oculis ideo sunt ista remota,
Nec penitus nobis nisi mentis lumine nota,
Ut sic nostra fides ad justitiam doceatur,
Et fidei major merces exinde sequatur;
Aut ideo voluit Deus hæc arcana latere,
Ex hoc ne posset risum Judæa movere,
Si cæsi carnes hominis crudas ederemus,
Sanguinis et calicem crudi crudum biberamus.
Ergo tibi potusque sacri ratione fruamur;
Per quo fidem, non per speciem, sursum gradiamur;
Quæ quia corporeo visu gustuque nequimus,
Qualia sunt inde discernere mente velimus.
Mens satiata Deo gustu probet interiori
Quod jus [f. visus], quod lingua sensu nequit exte-

[riori.

Nec modus aut species panis sunt inspicienda,
Imo sacramenti virtus est corde tenenda.
Sed neque de vino quisquam nisi prospera speret;
1160 Nam menti sanguis, vinum conspectibus
[hæret,

(42) Forte *regemque*, ut sequentis carminis fini consonet,

(43) Alludit ad ritum sacrificii veteris, in quo

A Quod quamvis vini videatur habere saporem,
Subveniente fide, sacrum liquet esse cruorem.
Hic est ille cruor qui Christi vulnere fusus,
Ore sacerdotis animarum transit in usus.
Utque sacramento res possit nulla deesse,
Debet in altari vino fons vivus inesse.

§ XII. *Aqua pariter sanguini admiscetur, quia utrumque simul in cruce de latere Salvatoris manavit; sanguis videlicet redemptionis, et unda baptismatis, per quam Ecclesia figuratur.*

Immiscetur aqua vino, qua significamur,
Nos qui salvificis alimentis vivificamur.
Significantur aqua populi quos gratia munit,
Quos quasi membra suo capiti Christi cruor unit.
Porro si vinum Domino sine fonte litatur,
Passio quod Christi fuerit pro gente negatur.

B Nam si quod redimi deberet plasma deesset,
Cur effectus homo Deus, aut cur mortuus esset?
Econtra si fons fuerit vini sine misto,
Monstratur quoniam gens sola manet sine Christo;
Et sine fonte sacro vinum nihil hic operatur,
Nec fons salvificus sine sanguine propitiatur:
Sicut utrumque sacro fluxit de vulnere Christi,
Sic et utrumque simul decet in libamine sisti,
Sitis vera Deus, fons vitæ Christus habetur;
Fons de fonte, cruor de vite venire videtur.

Quare non aliud alio sine sacrificatur,
Dum sic ad plenum sacra passio commemoratur.
§ XIII. *In consecratione Domini calicis aquam vino mistam non legimus: sed ut in hoc sacramento nihil ad commemorationem passionis deesset, apostoli postmodum ita fieri decreverunt.*

C Hæc in natali calicis non est celebratum,
Quando pascha novum vetus est post pascha dica-

[tum :

Nam panem tantum Dominus vini que liquorem
In propriam mutans carnem, sacrumque cruorem,
Discipulis legitur cœnantibus attribuisse;
Utque sui memores faciamus, idem docuisse.
Mira Dei virtus quæ cœnat! Cœna fit idem,
Cœnans quotidie nobiscum sicut ibidem.
Et quoniam lateris de vulnere sanguis et unda
Effluxere simul, ablutio nostra secunda,
Decrevit patrum veterum censura modesta,
Ut sint illa duo simul ad paschalia festa,
Ut quod in altari factum crucis esse videtur,
Hoc in honore crucis nunc a nobis iteretur.

D Implet mysterium sacrum tria, fons, caro, sanguis,
Quæ tria nos redimunt, et ab his tribus interit sa-

[guis.

Vinum de tribus his qui sacræ subtrahit aræ,
Non digne poterit sine (43) cauda sacrificare.

hostia cum cauda jubebatur offerri. *Offerent de pacificorum hostia sacrificium Domino: adipem, et caudam totam (Levit. iii, 9).*

§ XIV. Quod licet vinum et aqua ante consecrationem typice misceantur, post (eam) non nisi gustu bibitur, quia aqua in sanguinem vertitur, populus qui per aquam figuratur, in melius se summatum intelligit.

icet in mensa Domini tria constituentur
ra, sunt tantum duo postquam sacrificantur.
qua mista prius vino, sed quando sacratur,
isi sanguis erit, quo spiritus intus alatur.
ica res data, quam Christi cruor ebibit illam;
transfert nostram Deus in sua membra fa-

[villam;

afert, quando suum per corpus ei sociamur,
se fidem tanto capiti nova membra creamur.
afert et pridem, cum chrismatis unctio sacri
populos facit esse novos in fonte lavacri,
vacri fontem fons vulneris esse figurat,
e utrumque Deus animarum vulnera curat;

um corda facit prius in baptismo munda,
avacrum lapsos emundat sanguinis unda:
duo tantum, cruor et caro percipiuntur,
res typus est populorum qui redimuntur.
res saturat, sed inebriat altera mentem.
licamque Deo confœderat utraque gentem.

aminis gemina substantia nostra resultat,
per Adam veterem mortis sententia multat,
vine vita calet, gaudet caro carne refecta;

el utroque bono refici mundana senecta.
novatur homo peccatis inveteratus,
e reviviscit fidei virtute renatus,
umana suum natura resumpsit honorem,
erpentinum gaudet euperasse furorem.

Quod hujus sacramenti perceptione, et salutis
crucis virtute, paralisus homini reseratur,
iubolus superatur.

paradisiacam repetit vetus incola sedem,
ue redemptus homo cœlum sibi vindicat

[sedem;

facit hoc, cujus rutilans super omnia splendor
s humani generis prosternit in (44) Endor.

Domini thronus est cœli barathrique catena,
cœli clavis, via vitæ, mortis habena,
penetrat cœlos, replet orbem, scindit abys-

[sum:

ibus in nostris crux impressit crucifixam.
ue Thau scriptum nullius fronte videmus,
eo signa crucis nobis impressa tenemus.

ca signa crucis sacer ille character habebat,
adium mortis pestemque malam prohibebat.
quia nos redimit vitalis gratia ligni,

re typici sub signo littera signi;
patefecit iter tendentibus ad paradysum;
ue, quod obstabat, jus est fatale recisum.

re ille Dei cherubim, aditu patefacto,
icolæ intrare modo sinit, ense retracto,
nivomus gladius, veresatilis ille quiescit,

Alludit ad victorias Josue, de quibus Psalmista ait: *Disperierunt in Endor facti sunt ut stercus* (Psal. LXXXII, 11).

attk. xi.

A Lætique Christicolæ paradisi porta patascii.

Intrat quisquis amat; a tempore namque Joannis
Baptistæ, patet hæc sacra janua clausa tot annis.

¶ 162 Cœlum vim palitur, rapiunt illud vio-
lenti 44,

Ex quo successit post legem gratia genti.

Gaudet cœlorum Rex prædicari super astra,
Armaque prædoni dat, ut his adeat sua castra;

Nec jam pro regno certanti damna minatur.

Ino vincenti dat præmia qui superatur,

Utile certamen! Felix violentia talis!

Cum sua prædoni prædatio sit venialis,

Et cum devictus victori præstat honorem,

Tunc victo victor se clamitat inferiorem.

§ XVI. Quod ante legem, et in lege patribus sanctis
regni janua clausa fuerit, post datam vero gratiam
latroni pœnitenti, et peccatoribus pateat.

Primitus obtrusa patriarchis atque prophetis,

Nunc est facta patens latroni porta quietis;

Cui clypeum virtus, mors vitam, spes bona telum,

Contulit arma fides, Christi confessio cœlum.

Porta vere patens, æstus pondusque diei

Pervolat iste latro prior ad sedem requiesci.

Illos ad regnum non induxere priora

Plurima sæcla, sed hunc introduxit brevis hora.

Vexavit Moysen in lege labor diuturnus,

Nunc hunc denarius, tamen æquat utrumque diur-

[nus.

Quoque prophetarum patres prius et genitricis

Non poterant, intrant modo fures et meretrices.

C Ecce latro pede post Christi vestigia fixo,

Introit ad regnum, crucifixus cum crucifixo.

Illa vocata canis credens intrat Chananea:

Vinea dicta Dei gens retrocedis, Hebræa

Perfida, tu refugis intrare, latrasque retrorsum,

Nec cessas operi pietatis figere morsum.

Cumque Dei pietas hos suscipiat mala flentes,

Excuis dentes in eum pietate carentes.

Pone tuam rabiem, quia prætoriere priora

Tempora, per Christum succedunt prosperiora.

Quos tua lex lapidare solet, ferroque necare,

Gratia nunc Christi studet ad vitam revocare,

Gratis nunc melior quam littera quæ perimebat,

Sub qua justitia seu sol sub nube latebat.

Gratia Messiam jamjam venisse prophetat,

D Aspera quæ legis removet juga, nosque quietat;

Et tamen exspectas alium; sed dice, require

Scripta prophetarum: Christum potes hic reperire,

Quem præmonstrarunt lex, angelus atque pro-

[pheta,

Christus adest, Christi sunt omnia laude repleta:

Hunc venisse Deum simul acclamant elementa;

Non elementorum tamen attendis documenta;

Nam cœli Regem natum monstrat nova stella.

Nunquam Deum perhibet præbens aqua vina no-
[vella.

Vita defunctos, ægrosque salute beavit,
Cujus sub pedibus mare se calcabile stravit:
Denique cum moritur, sol lunaque sunt tenebrati,
Terra pavens tremuit, surrexerunt tumulati;
Hos quoque quos dudum male captivarat avernus,
Reddidit ad superos, cum Rex redit ille supernus.
Et velum templi, lapides, crucis hostia scindit;
Sed nondum saxum quod habes in corde rescindit.
Visis tot signis non tu, Judæa, moveris?
Perfidie sed adhuc tenebris male cæca teneris.
Ecce quid exoptas, sunt mystica quæque relecta,
1163 Verum Messiam vel per miracula specta.
Et quia nuda patent velaminis interiora,
Intra nobiscum, crucifixi numen adora;
Pone tui Moysi densum velamen ab ore;
Cultus discas novos, cultu cessante priore.

§ XVII. *Quod Christus verus sit Moyses, qui ereptis nobis a servitute diaboli, agnus paschalis immolatus est, quique per hujus mundi desertum ad regnum promissum nos introducit.*

Qui Moysen quæris, Moysen jam respice Christum:
Nil Pharaonis onus oberit tibi, ai colis iatum.
Ille fuit typicus, verus nos iste redemit,
Et Pharaonicam gentem crucis ense peremit.
Sic verus Moyses nos duxit per mare Rubrum,
In fidei lavacro veterem perimendo colubrum.
Hic paschale sacrum melius statuit celebrari
Agnus se passus pro nobis sacrificari.
Pascha tuum quondam fuit umbra figuraque veri:
Sol Deus effulsit, tenebrasque monet removeri,
Qui nos mundani deserti per regionem
Pascit, et ad lactis mellisque trahit stationem.
Pascit in Ecclesia, quoties Evangeliorum
Verba recensentur nobis, virtusque sacrorum
Pascit in altari dum munificis alimentis,
Esurientis cum reficit pia viscera mentis.
Pascit nempe domi, quando post spirituales
Dohat abundanter nobis escas cereales;
Pascit et in cælo, dum mens super æthera raptâ
Hæret tota Deo, superum dulcedine raptâ;
Sic vitæ panis Christus nos pascit ubique,
Civibus angelicis escam præbens hominique.
Perfida gens igitur Patrum caligine fusca
Ut sis uva ferax, desistas esse labrusca;
Molliat imbre sacro te Christi gratia, demum
Ut pinguem facias in vitæ vile racemum.
Me quia detinuit paulum digressio facta
Propter Judæam, modo, penna, priora retracta
Ut valet [f. vacat] in petra frumenti spargere gra-
[num,

Sic quod Judææ Christum zero, judico vanum;
Et semen Christum, Judæam petra figurat
Fertilitate carens, quæ semper saxea durat.

A § XVIII. *Quod Dominus noster Jesus Christus ipse sit granum frumenti, quod cadens in terra mortuum, et resurgendo in sacramento vitæ multiplicatum sit, de quo grano multa fidelium grana orta sunt, quæ cum illo unum nunc panem efficiunt in Ecclesia.*

Hoc est frumenti granum quod terra fidelis
Germinat assidue, reddens sua semina cælis;
Hoc grano cæli sunt horrea multiplicata,
Urbs sacra Jerusalem pinguescit eo satiata.
Hoc est frumenti granum quod ab æthere venit,
Cujus adeps animas nostras et corpora lenit,
Illud sponte cadens in terra mortificandum
Est prius, atque per hoc surrexit multiplicandum.

B Ex uno multis affluit copia grana,
De quibus efficitur nunc unus in æthere panis,
Nam quoties Christo crescente fide generamur,
Ex uno grano quasi plurima grana creamur,
Cujus dum sapimus carnes, et sanguinis haustum,
Unus sit panis, vinumque sit hoc holocaustum,
Una sic in carne duo simul esse leguntur,
1164 Christus et Ecclesia sic unum constituuntur.
Sic Deus in nobis, et in illo nos habitamus,
Dum caput hic nobis, nos illi membra paramus.

§ XIX. *Ne quisquam membrum diaboli factus, ad corpus Christi, more Judæ, accedere præsumat, quem non tam prioris culpæ conscientia damnavit, quam quod adhuc peccator et immundus ad sacram mensam præsumptuose accessit.*

Hic tanto capiti membrum quodcumque cohæret,
In Christi semper se vivere corpore speret:
Nec semel huic hærens turpi se labe relidat,
Aut membrum Christi meretricis falce recidat
Non valet hoc membrum Christi de corpore dici,
Quod servit Satanæ, quod subjicitur meretrici.
Immaculatus amat sponsus sponsam immaculatam
Fœdere virgineo sibi cælitus associatam.
Quapropter quisquis non es de corpore Christi,
Dum sordescis adhuc, et non pœnituiti,
Ad Domini mensam non est iter accelerare,
Ne, si præsumas, Judæ similis videare.
Judas omnimodis se deliquisse sciebat,
Et tamen a sacris epulis non se retraherat,
Dupliciter reus hic, tam crimine proditionis,
Quam de contemptu violatæ religionis.
Quare judicio Domini mala tanta sequente
Introivit Satanus in eum cum pane repente.
Ergo punit eum sententia pœnaque duplex,
D Cui non profecit Domini correctio duplex [f. sim-
[plex].

Præbet in Ecclesia Judas exempla lularis,
Ne corpus Domini tractent animis nisi puris;
Nam qui cum Juda male percipit, excipietur.
Qui bene cum Petro capit, ad Christi populum re-
[feretur.

§ XX. *Nulli fidelium ignorare licet Domini corporis et sanguinis sacramentum, quod in Ecclesia quotidie celebratur, ne forte ex eo quod ignorat, ad illud percipiendum censentur indigni.*

Percipiunt multi, sed quid quoque percipiatur

Ignorant penitus, quibus ultio divina minatur :
 Omnis id ignorans ignoratur, quia nescit
 Unde salus oritur, veniæ fons unde patescit
 Ignoratur : homo comedens de sanctificatis,
 Sicut ait Moyses, pœnam feret inscientis.
 Additur hic Salomon sacrum formans paradigma ⁴⁵,
 In quo mysterii sacri præfulget ænigma :
 Quando sedes, inquit, ad prandia celsa potentis,
 Quos comedes attende cibos discrimine mentis.
 Nam quid proficiat menti caro vivificatrix,
 Scire prius debet ratio virtutis amatrix.
 Nos movet hinc psalmus regis simul atque Pro-

[phetæ,

Est quoniam suavis Dominus, gustate, videte ⁴⁶.

Unde patet quoniam non ulli presbyterorum
 Ignorare licet virtutem mysteriorum.

Si bene quæ virtus viget in sacris homo sciret,
 Mensam cœlestem nunquam nisi mundus adiret ;
 Hunc [f. Hoc] quia non didicit, sacra percipit irre-

[verenter,

Judiciumque sibi sumit, mortemque patenter ;
 Sicque sit ut Christi caro quæ datur ad medicinam
 Protinus huic mortis laqueum parat atque ruinam.

1165 Nam quamvis aliquis vitæ sit religiose,
 Dum nescit quid agat, vivit sibi perniciose.

Quomodo mysterii sacri defendat honorem
 Ejus qui nondum gustavit mente saporem ?
 Ergo qui nescit sacra, discat, et hæc veneretur,
 Ne contemptoris multa quandoque gravetur.

§ XXI. *Sacramenta Dominica presbyterum quemque
 decet scire, quibus subjectum sibi populum erudiat,
 et informet ad fidei, sine quibus sacerdotio fungi*

digne non poterit.
 Scire velit primum quid victima sit generalis,
 Quid lignum vitæ, quid panis spiritualis ;
 Quidve sit ara, calix, quid in his aqua fusa, me-

[rumque ;

Quæ duo sunt unum, postquam sacratur utrumque.

Scire velit quid diluvii tulit, abstulit unda,
 Unda profunda quidem, sed et ipsa figura profunda
 Denique cur calicem crux signal, crux aret aram
 Agni pro nobis occisi sanguine claram,
 Cur baptismali sit chrismatis unctio fonti,
 Quidque renatum crux conferat illita fronti.

Sed quid sacrorum Domini penetramus abyssum ?
 Omnia scire velit sacrificæ quibus itur ad ipsum.

Talia qui nescit post culpæ quodque gravamen,
 Nec sibi, nec populo conferre valet medicamen,
 Qui etiam cæcus cæcorum dux male cedit,
 Quem sua cum reliquis gravis ignorantia lædit ;
 Qui vero didicit quæ scire per omnia debet,
 Recte presbyter est, et lucis iter bene præbet.

§ XXII. *Sacerdos post vestigia Christi gradiens, ver-
 bumque vitæ populo annuntians et Christus Domini
 et angelus ipsius dicitur; dumque proximum ad
 agnitionem Dei amoremque cœlestium inflamat,
 seraphicam sortitur dignitatem.*

Presbyter est recte, vitæ cujus sacra norma

A Subjecto populo sit vivendi pia forma,
 Cujus vita caleas veræ virtutis amore,
 Dum recte Christum factis imitatur et ore,
 Angelus est Domini, sed et ejus Christus habetur,
 Qui portare crucem, Christumque referre videtur,
 Ipse tamen Christus Deus, ut patet ex Isaia,
 Angelus est summus, natus de matre Maria,
 Angelus ille quidem per se bonus exstat abunde,
 Angelus hic ab eo factus, bonus est aliunde.
 Nuntius hic debet mandata fidelia cœli
 A Domino missus populo deferre fideli ;
 Inde etiam populi fientisque gravamina terræ
 Ad Dominum remeans quasi noster præco referre.

Qui stans in templo speculum fideique lucerna
 Contemplando Deum meditandoque superna

B Frigida corda gregis culpæ fuligine nigra,
 Quæ pridem fuerant ad vitæ gaudia pigra
 Ad superos revocans, fidei facit igne calere,
 Et succensa Deo vitæ candore nitere.

Hic talis merito facie splendet seraphina
 Proximus unde calet culpæ fugiente pruina.

1166 § XXIII. *Quod idem sit carbo lucens qui et sera-
 phim. Nam dum in Ecclesia rectores sancti populum
 Dei peccatorum tenebris extinctum verbo salutis et
 exemplo bonæ actionis ad superna reaccendant,
 profecto carbonem alios succendere perhibentur.*

Hic populos fidei sua post vestigia ducens,
 Carbonem vivos facit illos carbo relucens.
 Sed quid in Ecclesia carbonibus est faciendum ?
 Thus operum, thymiana precum, cor his adolen-

[dum,

C Thuribulo carnis mentisque cremetur utrumque.
 Victima quæ placet duplex hominemque Deum-

[que ;

Nunc de carbonum multorum divite massa,
 Statim lingua duos mea dic ad cætera lassa :
 Ardens carbo fuit Laurentius ignis in igne,
 Cui palmam grates mors contulit æthera digne.
 Carbo fuit Domini Nicolaus præsul honestus,
 Virtutum cujus splendor procul est manifestus.
 Ille cruore rubens carbo carbonibus assus,
 Hic meritis ardens olei pinguedine crassus,
 Quos dudum genitos nigros errore paterno
 Succendi voluit Deus ignis ab igne superno.
 Quem non alterius succendat pugna virilis,
 Alterius moveat pietas etiam puerilis ?

D Illius exemplo mereamur sanguine laurum,
 Hujus purgatæ vitæ Domino demus aurum,
 Miles uterque Dei, dispensatorque fidelis
 Ore, manu studuit thesauros condere cœlis.
 Hoc exemplares fidei propono magistros,
 Ut doceam per eos altaris quosque ministros
 Esse pios, largos, fortes, castos, sapientes,
 Rebus in adversis pro justitia patientes :
 Tales sunt digni de ligno sumere vitæ,
 Quos non excludit sententia mortis a vitæ.
 Tales ferre Deo libamina ferre merentur,

⁴⁵ Prov., xxiii. ⁴⁶ Psal. xxxiii.

Et Domini sacris assistere non prohibentur.

§ XXIV. Quod terribile sit valde ad sacramenta altaris accedere, ubi inter angelorum hominumque frequentiam, ipse summus pontifex et sacerdos Christus seipsum singulis in escam vitæ aut mortis porrigit, singulorumque merito subtiliter discernit.

Ergo sacramentum vitæ prudens homo dice, Judiciumque Dei dum percipis, illa, transce, Terribilis res est, et quam multum verearis, Corpore quod Christi, Christo præsentate, cibaris. Nam si forte fidem Scripturis vis adhibere, Quæ nos sæpe solent de Christo vera docere, Tempore quo Christus Genitori victima cara Presbyteri manibus sublimi offertur in ara Sanctorum chorus omnis adest, polus hic reseratur, Præsentemque Deum grex angelicus comitatur. Hic vere Christus præsens auctorque sacrorum, Justorum mentes dijudicans atque majorum, Novit enim planeque videt quis debeat uti Pane salutari, seu vana vel apta secuti.

Et licet assistat carnalis presbyter aræ, Summus pontifexum sacra dicitur hic celebrare; Hic panem frangit, hic porrigit, hic benedicit, Corpus id esse suum quod dat cum sanguine dicit. 1167 Eia [f. Et tu] præsumis peccator homo nisi [dignus,

Ad Domini mensam, vitæque accedere pignus. Discite quam primum quid sis, et quid caro Christi, Et quo vase velis divina stipendia sisti.

Vas nisi sincerum fuerit quo suscipiuntur Illi perditio male quod rapit efficiuntur. Unde monet Paulus primum se quisque probare, Et sic ad panem calicemque sacrum properare. Quisquis enim corpus Domini dijudicat ante Quid sit quod recipit⁴⁷, quantumve Deo rese-

[rante, Illud securus comedat, tamen ante probatus, Quem non accusat capitalis causa reatus. Nam quamvis aliquem culpent peccata minora, Dum sine peccato nec in una vivitur hora, Non tamen a sacris epulis reor hunc removendum: Imo quo assidue nocet illi, est redimendum.

Et quia quotidie peccati mole gravamur, Talibus assidue medicamentis relevamur; Dispensative sapientia Cunctipotentis Providet unde queant curari vulnera mentis.

§ XXV. Quod pro diversitate meritorum Christus in Ecclesia agnus et hædus, ut in lege præsignatum est, immolatur, ut, sicut ait Hieronymus, carnibus Agni perfectiores, peccatores vero et impii agentes penitus hædo pascuntur.

Præparet ergo Deo sua pectora quisque fidelis, Fiat ut illius in mundis mansio cælis.

(45) Id est in ara.

A Corda fugit Dominus torpentia, plenaque corde, Cujus semper inest in mundo gratia corde, Et quem pauper adhuc animus compellit egero, Esuriemque bonam ne quid [f. nequit] agni carne [replere.

Saltem mauducet sacri de carnibus hædi, Qui pro peccato populi solet hostia cædi. Non homines docet esse pares velus ordo sacrorum. Nec petit hoc ratio, nec disparitas meritorum. Hinc hædum Moyses jubet agni morte litari, Dum sub utroque typo vult Christum significari. Hædus non tamen est, hædos qui damnat et odit. 1168 Sed quid sit quod quisque sacri discrimine

[prodit, Agnum mactamus, cum justitiam retinemus; Hædum cum veniam poscentes crimina semus. B Nec reor absurdum quod in hædo significatur Christus, qui caper aut hircus plerumque litatur⁴⁸; Lex siquidem geminos hircos altaribus offert, Quod quia sit gemina Christo substantia profert. Pro fortibus templi plebs unum sacrificabant, In caput alterius sua crimina multiplicabant; Hunc unum populi sui peccata ferentem Sic emittebant eremi deserta petentem.

Christus uterque caper: nam cæditur in cruce pen-

[dens, Desertumque petit, cum surgit ad æthera tendens, Qui mala nostra tulit ligno suspensus, ovemque Inventam retulit ad nonaginta novemque; Qui Patris in dextra pollens Deitatis honore Regnat et in mundo replet aras carne, cruore;

C Qui semel occisus licet ultra non moriatur, Mors tamen ad vitam nobis ejus renovatur. Christum quotidie devotio presbyterorum Mactat in altari celebratio jure sacrorum; Nam quod in altari panis vinumque sacratum In cruce suspensus Salvator connumeratur. Ara crucis lignum, signatque calix monumentum; Illic obit, hic dormit, dat utrumque sacrum moni-

[mentum, Agnus in hac (45), leo fortis ab hoc (46) surrexit, [et ales

Astra petens aquila trahit ad se spirituales:

CONCLUSIO. Quod sacerdos et quisque fidelis capiti suo, quod est Christus, conformari debet, et eum sequi spiritualiter ad cælos.

Ergo prius sacrificet quoties hæc sacra recenset, Ut se conformet Christo carnis cruce penset, Cum vitis crucifixa caro prius emoriatur, Vivificata Deo mens surgat, eumque sequatur. Sic bene cum moritur consurgit, ei quoque vivit: Sicque redemptus abit homo quo suus actor abivit,

(46) Id est monumento.

⁴⁷ 1 Cor. xi. ⁴⁸ Levit. xvi.